



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Nullius ordinis ministerium præstetur ab eo, qui in illo Ordine non est, n.
10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

quantum sit huius disciplinæ pondus, possit edoceri, & in vnoquoque Ordine se exerceat, idque in ea, cui adscriptus erit, Ecclesiâ, nisi fortè causa studiorum absit, atque ita de gradu in gradum ascendat, vt in ipso, cum ætate vitæ meritum & doctrina maior accrescat, quod & bonorum morum exemplum & assiduum in Ecclesia ministerium, atque maior erga Presbyteros & superiores Ordines reuerentia, & crebrior, quàm antea, Corporis Christi communio maxime comprobabunt.

a Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. & 17.
Statuta Sifridi Archiep. Colon. c. 9. in fin.
pag. 44.

*Nullius ordinis ministerium prestatetur ab
ab eo, qui in illo ordine non est.*

✠ Dent operam ij, quibus Diuini officij cura incumbit, vt nullius ordinis ministerium per alios exercentur, quam per constitutos in ipso ordine, qui Clericalem habitum & Tonsuram deferant. Porro vbi Clerici cælibes non inueniuntur, qui ministerijs quatuor minorum
Ordin-

Ordin-

Ordinum exercendis præsto sint, suffi-
ci possunt etiam coniugati, vitæ proba-
ræ, dummodo non bigami, ad ea munia
obeunda idonei, & qui Tonsuram atque
habitam Clericalem in Ecclesia gestet. *a*
a Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 17.

*Ordinandi debent seruare interstitia, &
à Pastoribus adferre testimonium de
proclamationibus factis.*

XI. Qui verò ad ordines maiores se
præsentare voluerint, multò magis in-
telligant sibi in re tanti momenti non
esse festinandum, sed ea, quæ in Sacro-
sancto Concilio Tridentino de singulis
Ordinibus per temporum interstitia cõ-
ferendis, & ordinatis in vnoquoque or-
dine exercendis ac probandis sancita
sunt, exactissimè esse seruanda. *a* Quia
etiam per mentem ante ordinationem
Parochum suum adeant, vt is iuxta præ-
scriptum Concilij Tridentini, *b* ac Sta-
tuta decessoris nostri Adolphi 3. Archi-
episcopi Colonienfis *c* nominibus ac
desiderio eorum, trinâ proclamatione,
tribus diuersis Dominicis aut festis die-
bus,